

seu accipitribus^a aut || huiuscemodi secularibus iocis¹ fol. 37^a. inhereat.

XVIII. Iubemus etiam², ut nullus presbiter sive diaconus in conviviis cantare et verba iocularia pronuntiare praesumat. et inhonestum est, ut^b, qui oblationes summo offerunt deo, cantibus et verbis scurronum^c se violent.

XVIII. Omnes clericos, qui tonsuram acceperunt clericatus et habent in capite, praecipimus, ut secundum canones³ patrum^d a^e vestimentis laicorum^f et^g ab armis saecularibus se abstineant aut, si in hoc consentire noluerint, ab omni congregatione fidelium communione privata alieni fiant.

XX. Iubemus etiam, ut clerici de Grecia sive Italia seu Francia venientes nec non et caeteris provinciis absque epistolis commendatitiis nullo modo in nostra parrochia ab ullo recipiantur⁴, et ministerium sacerdotale eis nequaquam agere permittatur⁵.

XXI. De hominibus⁶, qui abominantur uxores suas et ob hoc sanguinitate propinquitatis eam sibi dicunt esse coniunctam, ut illam possint dimittere et alteram ducere uxorem, cum qualibus testibus causa veritatis in eo negotio probetur, necessarium est inquirendum⁷.

XXII. Iubemus etiam et secundum regulam canonicam⁸ admonemus, ut nullus presbiter ecclesiam liberorum hominum absque nostro consensu et consultu in beneficia recipiat, quoniam sancti canones id ne fiat prohibent et eum, qui in hoc evictus fuerit, proprium gradum habere vetant.

XXIII. Omnis presbiter diebus cotidianis semper stola indutus procedat⁹.

a) post accipitribus spatium quatuor fere litterarum vacuum relictum est in Cod.; venationibus ins.? b) vt supra lineam add. ab ipso scriba. c) scurrarum scr.? d) tres fere litteras in fine lineae positas erasit Cod.². e) a] initio lineae sequentis extra corpus scripturae add. Cod.². f) litterae lai in rasura Cod.²; fuitne clericorum? g) et] add. Cod.² in spatio inter laicorum et ab.

1) Vgl. Homilia Leonis IV. c. 17. 2) Vgl. Statuta eccl. ant. c. 75 (62), 73 (60); Hinschius a. a. O. I, 133. 3) Vgl. Hinschius a. a. O. I, 130. V, 260. 4) Vgl. z. B. Conc. Chalcedon. c. 13; Conc. Turon. 813 c. 13. 5) Vgl. z. B. Karlmanni Cap. 742 c. 4 (MG. Capp. I, 25. 45). Hauto Cap. c. 13. 6) Vgl. oben S. 280 Anm. 3. 7) Zu der Schlusswendung vgl. unten c. 31 und ferner etwa Bened. 1, 177 i. f. (Quelle unbekannt): 'et hoc considerandum est, quid de talibus faciendum sit'; Conc. Turon. 813 c. 41: 'vestra decernat mansuetudo, quid de talibus deinceps agendum sit'; Stat. Salisburg. 800 c. 35 (MG. Capp. I, 229): 'perpendamus, quid de his agendum sit'. 8) Vgl. oben S. 281 Anm. 3. 9) Vgl.